

Balbino Pio Felici Aug. | pont. max., trib. pot., cos. | II, p. p.¹, et M. Antonio Gordiano nobilissimo Caes. Pi.² Aug., | nepoti divisorum Gor|dianorum³, res p. col. | Nerv. Aug. Sitif.⁴ | M. VIII.

In Mauretania non longe a Sitiſi, columnă miliaria (VIII 10363). — 1) A. 238. — 2) Scribendum aut Pio aut P. F. — 3) Ex N. 498 similibusque titulis intellegitur Gordianum tertium natum fuisse ex sorore Gordiani alterius, eademque filia Gordiani senioris; nepotis igitur vocabulum mira ambiguitate adhibitum. — 4) Res publica coloniae Nervianaë Augustae Sitifensium. — Similes lapides Pupieni Maximi et Balbini Augustorum et Gordiani Caesaris praeterea in Mauretania reperti sunt quattuor (VIII 10342, 10343. Eph. 7, 660. 673), sed minus bene descripti quam hic, item complures in Cappadocia (III S. p. 1252), male scripti omnes, in quorum certe uno nomina Pupieni et Balbini erasa sunt (cf. Mo. ad III S. 6953), denique unus in Germania (Korr. Bl. d. Westd. Zeitschr. 6 n. 457). (Titulus Pupieni ap. Willmanns n. 1040 ficticius est, cf. IX 5768).

497 imp. Caes. | M. Antonio | Gordiano | Pio Fel. Aug. | p. p., cos., proc., | nepote divisorum Gor|dianorum¹, | [m]iliarium² | I.

Prope Igilgili in ora Mauretaniae, columnă miliaria (VIII 10350 ad duo exempla). — 1) Cf. ad N. 496 not. 3. — 2) miliarium utrumque exemplum.

498 imp. Caesari | M. Antonio Gordiano, divi M. Anto[ni]i Gordiani nep., divi | Antoni Gordiani sororis fil., Pio Fel. Aug., fortissimo felicissimo, | pont. max., trib. po[t.], | p. p., procos., | col. Iulia Aurelia Comoda | Thuburbo | maius d. d. p. p.

Loco provinciae Africae dicto Henchir Kasbat, ubi fuit Thuburbo (VIII 848)

499 [im]p. Caesari | [M. Ant]onio Gordianó | [Pio] Felici invicto | Augusto | pontif. max., trib. pot. II¹, | cós., procós., p. p., | Numisius Quintianus v. p.², | ab epistulis Latinis, | devotus numini | maiestatique eius.

Romae rep. in thermis Caracallae (VI 1088 descr. Smetius aliquie; in eodem lapide est titulus Valentis VI 1172). — 1) A. 239. — 2) Vir perfectissimus.

500 imp. Caes. M. An[to]nio Gordiano invi[cto] | Pio Felici Aug. pon[tifici] max., trib. pot. | III¹, imp. III, p. p., cos. procos., | divi Gordiani ne[pot]i et divi Gor|diani sororis filio, | res p. Verecundens. | devota numini | maiestatiq. eius.

Verecundae prope Lambaesim (VIII 4218). — 1) A. 240.

501 imp. Caes. | M. Antonio | Gordiano Pio | Fel. Aug. p. p., cos. II, | procos., tribun. | potest. V¹, pont. | maximo, | res publica | ex liberalitate | Matidiarum² | d. d.

Vicetiae (V 5112). — 1) A. 242. — 2) Matidiae duae mater et filia rei publicae Vicetinae legatum aliquod dedisse videntur.

502 I. o. m. | pro salute imperatoris | M. Antoni Gordiani P. F. | invicti Aug. et Sabiniae Fur|iae Tranquil[l]. coniugi¹ eius, to[ta]que domu divin. eorum, alla Aug. Gordia.² ob virtutem | appellata posuit; cui praest | Aemilius Crispinus praef. | eqq., natus in pro. Africa de | Tusdro; sub